

Signum doctrinae demonstrat nempe invidia, fastuque carere, ac condolecere. Patiebatur namque & pro peccatis, & pro his, qui perdebant. ecce Paulus suis lacrymis magnum documentum nobis praebet suae eximiae charitatis erga omnes, qui pro eorum lethalibus peccatis, ac perditionibus tanto afficiebatur, dolore, ut in lacrymas prorumperet. Hoc spiritu plena S. Theresia, & S. Maria Magdalena de raris perpetuis lacrymis deflebant haereticorum errores & peccata populorum.

52. Cum Israel staret in Campesribus Septim, & Israel esset fornicatus cum filiabus Moab, Unus de filiis Israel intravit coram fratribus suis ad scortum Madianitidem vidente Moysse, & omni turba filiorum Israel, qui stebant ante fores tabernaculi. Numer. 25, n. 6. Ingressus ille ad turpe, & execrabile factum vidente turba filiorum Israel, tamen non dicitur, quod turba fleverit, sed illi, qui erant ante fores tabernaculi, tamquam viri pii, ac zelatores divini honoris, quia deflere peccata aliorum non omnium est, qui sunt de turba, sed piorum, ac iustorum, qui utpote charitate ferventes maxime condolent super aliorum peccata, & viam perditionis illorum. Oleaster ad citatum locum ait, Qui stebant ante fores tabernaculi... hoc enim debet esse munus piorum cum peccata vident flere scilicet pro peccatoribus.

53. Pulchritudinem animae sanctae describens divinus Sponsus ait Cant. 1. num. 9. Pulchra sunt genae tuae sicut turris, collum tuum sicut monilia. Multa expansione dignum est cum de elegantia sponse pulchritudine fiat sermo, laudata facie, statim transit ad collum cum monili, cur omittitur venustas capillorum, oculorum, labiorum, cur his omiſſis solum collum commemorat ob suam flexibilitatem, qua compatiebatur de proximiorum infirmitatibus, quos tamquam monili, ac velut catena secum volebat colligere, ut de illis doleret tamquam ex suis propriis, quae per charitatem non ut aliena, sed ut propria reputabat, ut notant tres patres apud Theodoretum inquit, Collum item pulchrum effectum est sicut monile, non enim tibi ferreum est collum, ut stelli nequeat sed facile verti possit, ut monilia ex auro elaborata in circumlum accommodat ad usum circumstectitur, sic homo virtute perfectus ceteris compatiendo flectitur, atque dimittitur. Pii animi est maxime dolere in aliorum oppressionibus, ac laboribus.

Act. 20. n. 20. Quomodo nihil subtraxerim utilium quominus annuntiaverim vobis, & docerem vos publice per domos.

Versiones, CUM EXPOSITIONE V. usque ad Vers. 24.

54. Vers. 20. Quomodo nihil subtraxerim. Syriacus Nihil spreverim. Arabic. Non cessaverim. D. Chry. Non suffugerim, vel nihil praetermissum. Syriac. Quod prodesse vobis posset animabus vestris, ait Textus, annuntiarem praedicarem ac declararem publice, & privatim per domos vestras. Vers. 21. Testificans Judaeis, atque gentilibus in Deum penitentiam, & fide. Prius nominat penitentiam, quae intendit erga Judaeos conversos de aliquibus defectibus, quos prius nominavit. Deinde fidem per qua respicit gentes, quos secundo loco posuit. Vers. 22. Alligatus ego spiritu. Syriac. Vincens in spiritu, ut ipso monente, & impellente eius ductum sequar, sic enim ei sum allicitus, & alligatus, ut quoecumque res venerit, & contingat ego pergā. Quicquid

que Spiritu Dei agitur, hi sunt Filii Dei. Rom. 8. n. 14. Vers. 23. Per omnes civitates mihi profestatur. Syriac. Testificatur mihi. Spiritus ei manifestabat, vel per ora aliorum Apostolorum Petri, & Jacobum, quibus fuit Jerosolymis, vel per ora aliorum fidelium, in primitiva Ecclesia multi fideles prophetezabant, ut vidimus cap. 1. n. 17. & cap. 13. n. 1.

Vincula, & tribulationes Jerosolymis me manent Syriac. Oppressiones paratae sunt. Et peculiariter facit de his, quae passurus erat Jerosolymis, quam Rome vel aliis locis, quia Jerosolymis Christus passus est, ibi Stephanus mortuus, ibi prima perfectio, & cum eis pati valde gloriosum, & magnum solamen erat, ait Beda.

Vers. 24. At ego nihil eorum vereor Arabic. At ego nihil horum pro excusatione pono. Et ad omnia illa sustinenda sum paratus. Nec facio animam meam pretiosorem, quam me, nec in majori estimatione habeo vitam meam, quam me ipsum, nam me ipsum totum Deo consecravi, atque dicavi, ac proinde in hac mea obligatione non deficiam pro conservanda vita mea, de hoc latius q. 7.

QUESTIO VI.

Quare Apostolus antequam vinculis tyrannorum esset alligatus, jam ipse se obligatum spiritu agnoscebat?

60. Ait noster Apostolus Ecce alligatus ego spiritu vado in Jerusalem, quae in ea ventura sunt mihi ignorans. Nisi quod Spiritus Sanctus per omnes civitates mihi profestatur, dicens. Quoniam vincula, & tribulationes Jerosolymis me manent. Erat videbat magnus Paulus, quod in Jerusalem, ad quam ibat sibi imminabant vincula, quibus alligandus erat a Tyrannis ad mortem, et qualiter ibat Paulus Alligatus spiritu, jam prius ipse se alligaverat spiritu, pra prius spiritu, sibi catenam, mortemque in jecerat & ideo illa omnia contemnebat, qui enim spiritu & imaginatione morti se communicat, venientem mortem, atque labores parvi pender.

61. Ad vocem Christi suscitatur Lazarus, & statim prodit, qui fuerat mortuus, ligatus pedes, & manus in stritis, & facies illius sudario erat ligata. Joa. 11. n. 44. Revocatur Lazarus in vitam, funeralibus tamen ligamentis, ut ita vivat, ut semper imaginem mortis secum defert, sive dum pedes ambulat, manus operantur, & facies se vertit huc, & illuc, & ita Lazarus vivat tanquam imaginatione mortuus, indeque ipse bis mortuus dicatur, semel finali morte, & prius in vita, imaginatione nempe dum se mortuum cogitat mortemque semper secum associata habet. D. Aug. homil. 2 sic ait, Lazarus ideo Christus vita nostra restituit, ut unus homo semel nasci, & bis mori disceret. O felix ille qui vivit mortuus mundo, ut cum Christo sepeliatur, & cum ipso resurgat in aeternum. Ad suas Sodales dicebat Divina Spola, Introduxit me Rex in cellam vinariam, ordinavit in me charitatem. Fulcite me floribus stipate me malis, quia amore languo. Cant. 2. Extrema verba valde singulariter legit Philo Carpat dicens. Sepelire me in numero iustorum quonia vulnerata sum. Si petit fulciri floribus, quomodo explicatur, quod petat sepeliri? quid habet flores cum sepulchro, flores jucundi, & odoriferi, sepulchralia putrida, & foetida, nota quod non postulat quocumque modo sepeliri, sed cum iustis. In numero iustorum, qui ita vivebat in mundo, ut mortui mundo, qui pro Christo non solum omnia munditia, sed etiam propria vita contenerent, ut fecerunt S. matth. Philo ibi. Sepelire me in numero iustorum quonia vulnerata

63. vulnerata sum charitate propter sanctos Martyres per quos dilexit Christum vulnerata, ob id ipsum quoque mortem se libenter sustinuisse fatetur, & consensit illi, qui dicit moriatur anima mea morte iustorum. Psalm. 38. habet pro titulo: In finem, & statim incipit, Dixit custodiam vias meas, merito cum fine adjungit custodiam viarum, qui enim semper habet in mente finem vite suae, plane adimplet observando vias Dei. D. Chry. Inscriptus est Psalmus, In finem ad nostram utilitatem, ut cum discamus viae brevitate, moderatè nos geramus.

QUESTIO VII.

Quare D. Paulus ait, Non facio animam meam pretiosorem quam me?

64. Inquit Apostolus in praesenti, Nec facio animam meam pretiosorem, quam me, dummodo consummam cursum meum. Syriacus, sic legit, Mihi vero pro nihilo habetur anima mea Arabic. Nec anima mea cara est apud me. Graecus, Non duco animam meam pretiosam, seu charam Arias, Nullius rationem facio. In quibus verbis apostolus distinguit animam suam a se ipso, & hoc multa indiget expositione.

65. Primo Lyranus. Nec facio animam meam, id est vitam meam sensibilem, pretiosorem, id est, quam animam meam intellectivam, quae dicitur ipse homo, eo modo loquendi, quo totum nominatur a parte nobiliori.

66. Secundo D. Bernardus apud Eusebium homil. 7. §. 3. postquam proponit, quod Paulus distinguit animam suam a se ipso, ait, cum me dico excellentius, quod in me est in quo & pro gratiam mentem, rationemque intellige, cum loquor animam meam hoc inferius accipe, quod carni animanda vides accommodatum. Per animam intelligit D. Bernardus vitam temporalem, per se ipsum intelligit mentem, & intelligentiam, quae est quid excellentius, ac proinde ait Paulus, quod sua vita temporalis vilescit in eo, per respectum ad id, quod ratio & mens dictabant, ut in omnibus adimpleret cursum ut Christus ei inspirat; Unde ait ipse apostolus ad Galat. 2. n. 20. Vivo autem jam non ego, vivit vero in me Christus quod non vivebat secundum vitam suam propria, sed secundum Christi inspirationem, Unde sic ait D. Bernardus, citatus. Vivo ego jam non ego, secundum carnem non ego, secundum mentem ego.

67. Tertia, & communis expositio, in qua etiam est D. Bernardus frequenter in scriptura anima sumitur pro vita, Desunt, qui querebant animam pueri Sensus ergo est, vitam meam non plus aestimo, quam me ipsum plus aestimo, quam vitam meam, me ipsum totum Deo dedicavi, ac praedicationi ejus evangelii, dummodo consummam cursum meum, & Evangelium gratiae Dei. Contemnebat propriam vitam pro munere sibi commissio adimplendo, munus sibi commissum omnibus anteponebat.

68. Cum Elisaeus vidisset Parentem Eliam magno triumpho euntem in Coelum clamat, 4. Reg. 2. n. 13. Currus Israel, & auriga ejus, Drogo de Sacramento Dominic. Passio. Qui portas, ac regis sustinet, & ferenda onera, quam auriga, seu gubernator, ac si prius illi esset in mente onus sui muneris, ac sustinenda onera, ac illi satisfaciendum, quam auriga, & gubernator, quam fulgor, ac excellentia ipsius dignitatis.

69. Ait D. Paulus ad Hebr. 2. n. 17. de Christo D. Unde debuit per omnia fratribus assimilari, ut misericors

fieret, & fidelis Pontifex apud Deum. Maxime notandum illud verbum debuit non voluit, seu decrevit, sed debuit, ac si esset allicitus, & obligatus, & unde illi ista obligatio cum sit supremum omnium Domini; Ut fieret fidelis Pontifex apud Deum, ex eo quod constitutus fuit fidelis Pontifex apud Deum, ut tanto muneri satisfaceret, ac correspondere debuit, ac veluti allicitus extitit, ut aliorum infirmitates in se suscipere, ut omnium compatiens fieret. D. Ambrosius, ibi ait: Cur similis fratribus effici debuerit, nisi ut misericors, & fidelis Pontifex nostra causa fieret.

De se ait David Paralypom. 28. n. 4. Elegit Dominus Deus Israel me de universa domo Patris mei, ut essem Rex super Israel. Alteram electionem ipse de se fatetur Psal. 83, n. 11. Elegi abjectus esse in domo Dei mei. Duas electiones quasi ex diametro sibi invicem adversantes in se recognoscit, principem magnanimum regiam dignitate fulgentem fatetur, & simul omnium infierem, ac abjectissimum se in publicum producit, ut notavit Philippus Abbas lib. de dignit. Cleric. cap. 16. ubi ait, Virasque has (scilicet dignitatem, & humilitatem) David cognoscitur habuisse, qui Rex eligitur extitisse, & tamen humilis permansisse. Haec duae electiones non sibi adversantur, sed maxime sibi sunt coherentes in viro prudenti, & sancto; quia ex eo, quod electus fuit Rex, est etiam omnium abjectissimus, ut omnibus inferviat, omnium infirmitates sustineat, omnibusque subveniat, Unde dicebat Magnus Constantinus, Dignitas nostra est splendida servitus.

Act. 20. num. 25. Et ecce nun c scio, quia amplius non videbitis faciem meam, vos omnes, per quos transivi praedicans regnum Dei.

Versiones, CUM EXPOSITIONE V. I. Usque ad Vers. 29.

71. Vers. 25. Nunc scio, scilicet per inspirationem, vel revelationem Divinam. Vos omnes, per quos transivi, Syriacus, Ex vobis omnibus, quos peragravi, Arabic. In locis, quae perlustravi. Vers. 26. Contestor, quia mundus sum a sanguine omnium. Syriacus, Testor. Arabicus, Me esse innocentem. Aethiopicus, Purus sum a sanguine omnium, id est nullius vestrum perditionis ego causa sum, si quis peccat, ipse suae perditionis est causa: nam ego quantum in me fuit pro omnium salute laboravi, & recte functus sum officio meo, docens omnes, & ostendens eis viam salutis, quam ipsi malitia sua neglexerunt, hic potest dici illud Isai. 5. num. 4. Quid est quod debui ultra facere vinea mee, & non feci ei?

Et recte sub nomine sanguinis intelligit peccatum; nam sicut malus sanguis interficit corpus, sic mala peccati actio interficit animam, eamque corrumpit.

Vers. 27. Non enim subterfugi, Syriac. Non me excusavi. Arabicus, Non abstulim me. Textus, Quominus annuntiarem omne consilium Dei vobis. Syriac. Quominus patefacerem vobis omnem voluntatem Dei at hoc videtur repugnare cum illo Sapient. 9. n. 13. Quis hominum poterit scire consilium Dei? Sapient. loquitur de his, quae respiciunt praedestinationem ac Providentiam Divinam, sic & Roman. 11. at modo hic apostolus loquitur de his, quae pertinent ad salutem generis humani, & ad hoc negotium revelabit omnia necessaria nobis Deus.



75. Syriac.

Match. 7. Pralatus duplex persona.

76. Syriac.

77. Syriac. Aethiop.

Exod. 32.

Math. 17. Joan. 21.

78. Syriac. Arabic. Aethiop.

Verf. 28. Attendite vobis & universo gregi. Syriac. Cavete ergo vobismetipsis. Ait Apostolus, Attendite vobis sicut & Christus Dominus suis Apostolis dixerat: Attendite a falsis Prophetis. Matr. 7. num. 15. multa cura, sollicitudine vobis, & gregi. pralatus duplicem agit personam privatam, & publicam de grege, & dum de propria persona agit, ut publicam de grege, & dum de propria pertractat magnam praebet subditis documentum. de his omnibus multa dixi cap. 5. q. 92. & 93. & cap. 8. q. 7. n. 68. 69. & cap. 16. q. 1. n. 10. 11. & 12.

In quo vos Spiritus Sanctus posuit Episcopos regere Ecclesiam Dei. Syriac. In quem vos constituit Spiritus Sanctitatis. Ex hoc loco oritur illa magna quaestio. An Episcopi habeant jurisdictionem a jure divino, vel humano, quam satis ample tractavi in Opusculis Opusc. 2. resol. 35. q. 2. & magis inclinaui in sententiam de jure humano. Posuit Episcopos. Sub hoc nomine Episcoporum intelligit praesbyteros, & caeteros ministros, qui debent vigilare super munus sibi commissum, ut Episcopi nomen importat, quod a vigilia deducitur, de quo infra quaest. 11.

Regere Ecclesiam Dei. Syriac. Ut pascatis Ecclesiam illam Aethiopic. Ut pascatis domum Christianam. Cogitent Praelati quod non tractant rem suam sed alienam, Moysi dicitur: peccavit populus tuus. Exod. 32. n. 7. At Praelatis Christi non dicitur: Ecclesiam tuam, sed regere Ecclesiam Dei. Sic dicitur petro Matth. 17. Super te aedificabo Ecclesiam meam. Joan. 21. Pasce oves meas: Cur autem Spiritui Sancto tribuatur regere Ecclesiam? Explicavi supra cap. 5. q. 5. n. 31. & 32.

Verf. 29. Lupi rapaces in vos. Syriac. Ingressivos lupos feros Arabic. Lupi graves haudquaquam miserantes gregi. Aethiopic. Venient in vos lupi praeda. Intellige haereticos, qui venient ad faciendam praedam devastantes Ecclesiam Dei absque ulla miseratione.

QUESTIO VIII.

Quare dicitur, quod Dominus acquisivit Ecclesiam sanguine suo, cum illam semper habuisset sub suo dominio?

79. Arabic.

Montan.

Difficultas quaestiois.

80. Christus acquisivit Ecclesiam meritis.

81. Apoc. 1.

At D. Paulus, Regere Ecclesiam Dei, quam acquisivit sanguine suo. Arabicus, Quam fabricavit sanguine suo, quae verba non solum de Christo domino esse dicta ab Apostolo, sed etiam, ut vult Montanus, de aeterno Parente hoc modo: Christus Dei filius proprio sanguine, & at Deus Pater pretio illo inestimabili sanguinis filii sui. Ex quo gravis exoritur difficultas ex illo verbo acquirendo, quod ex suo genuino significato dicit aliquid comparare, ad ipsi, quod antea non habuerit, ut docent Iurisperiti de regulis juris §. Si rem legatarii. Instir. de legatis.

Quamvis Christus haberet omnia sibi subiecta, titulo Divinitatis, ac proinde creationis, & supremi domini, voluit tamen comparare ex sanguine, ac meritis, ut sibi maxime rem gloriosam, & ut inde considerent Praesules Ecclesiae quantum debeant pro Ecclesia agere, cum Christus supremus Dominus tantum pro ea impenderit.

Apparet Christus Dominus in Apocalypsi 1. n. 13. in medio Candelabrorum aureorum, vestitum portare (quod erat praclarissima vestis) Praesentium ad mamillas zona aurea, & ex ore ejus exibat gladius ex utraque parte acutus, & septem stellae in dex-

tera ejus, Quae omnia indicabant supremam ejus majestatem, tamen ex nulla parte aliquis titulus apparet, ut postea Apocalypsi. 19. n. 13. Vestitus erat veste aspersa sanguine, & statim legitur, In femore scriptum Rex Regum, & Dominus Dominarum num. 16. Tam illustrissimus titulus non refulget majestate ostensa, sed in sanguine rubicante, & prius sanguis ostenditur effusus, & tunc titulus subsequitur, ac si absque sanguine non eum titulum sibi adscribat.

Et pro hoc vehementi Christi affectu alte ponderat. Scribit D. Marc. 10. n. 31. quod Christus cum suis Apostolis, Erat in via, ascendentes Ierosolymam, & praecedebat illos Jesus, & stupebant. Stupebant, scilicet Apostoli de tanta celeritate, ac diligentia, qua Christus eos praecedebat agens de potestate data suis discipulis ait: Qui credidit in me opera, quae ego facio, ipse faciet, & majora horum faciet. Joan. 14. n. 17. Quid est quod insignis cedit Christus Dominus suis discipulis, ut & ipsi, majora eorum faciant, at verò cum ipse tendit in Ierosolymam, omnes antecedit. Ibat Christus in illam Civitatem, ut explicat Evangelista, Ecce ascendimus Ierosolymam, filius hominis tradetur Principibus Sacerdotum, & flagellabunt eum, & interficient. In magnis, ac mirabilibus concedit Christus, ut discipuli praecedant, at in penis, & cruciatibus pro nostra salute nemini cedit, sed omnes praecedit, & largo intervallo superat; quod pulchre dicit D. Chrysost. ad citatum locum, Actum est, ut Auctor saeculi saeculo teste moraretur, & a mundo mundi Dominus ante per penam, quam per gloriam agnosceretur. Perpende ultima praclarissima verba.

Ex ergo tanto affectu, ac sanguine, quo Christus acquisivit, ac comparavit suam Ecclesiam, consequens est, quod eam habeat in magna, & summa aestimatione. Cum mens Jesus penderet in Cruce jamque exhalaret animam clamat, In manus tuas commendo spiritum meum. Luc. 23. n. 43. Sunt multi Patres, ut D. Athanasius, qui per Spiritum Christi intelligunt ejus Ecclesiam, D. Laurent. Justinian. lib. de Triumphali Christi agone c. 20. sic ait, Spiritum utique meum in manus tuas commendo, non tantum quem ergo, ut homo, sed quem, ut mediator, & Redemptor acquisivi tibi, meum plane dixerim spiritum, membra mea, Ecclesiam meam, sponsam meam, quam, patiendo pro illa, meam facio, quam, in tantum dilexi, ut eam dicam animam meam spiritum meum, & pro ejus amore mortem, & tot tormenta sustinui, & passus sum.

QUESTIO IX.

Quare D. Paulus ad comprimendos Praelatos Ephesios in suo debito munere, non eis proponit, quae Deus dedit, sed quae passus est?

At apostolus: Quos Episcopos posuit Spiritus Sanctus regere Ecclesiam, quam acquisivit sanguine suo, scio quod post discessionem meam, intrabunt lupi rapaces in vos. Ut eos contineat in suo debito munere, ne haereticorum veneno inficiatur, & ab eis tamquam lupis devorentur, non proponit eis tot, & tanta beneficia, quae a deo acceperunt creatione, conservatione, ac electione in Episcopos, ut fecerunt Moyses, Josue, & David, qui ut populum continerent a peccatis, ei objiciebant beneficia accepta, quod Deus eduxerit de Aegypto paverit in deserto, dederit ei terram inimicorum suorum

Apoc. 19.

Christus publicatur Rex non a majestate, sed a sanguine.

82. Christus cedit suis discipulis in magna titulus non in penis.

Joan. 14.

p. Chry. Iost.

83.

Luc. 23.

D. Laur. Justin.

Christus Ecclesiam diligebat, ut animam suam.

84.

Difficultas quaestiois.

Exod. 12. n. 12 & 80. n. 1.

85.

1. Cor. 1.

Christi passio maxime allicie nobis affectus.

86.

Math. 27. Oigen Considerata Christi passio omnes nostrae iniquitates expelluntur.

suorum Exod. 32. num. 1. & Josue. 24. n. 6. Psal. 65. n. 12 & 80. n. 1.

At Apostolus non proponit beneficia alia a deo data, sed tantum ejus sanguinem effusum, quo sibi acquisivit Ecclesiam. voluit Paulus omnium animos ad se allicere, ac inclinare, inde nihil aliud eis proponit nisi Sanguinem Christi, qui menti obiectus vehementissime, ac fortissime omnes humanos affectus ad se rapit, attrahitque. Sic Magnus paulus in magna controversia Schyfmatica, volens a Corinthiis revocare eos sic ait. 1. Corinth. 1. n. 12. Hoc autem dico, quod unusquisque vestrum dicit: Ego quidem sum Pauli: Ego autem Apollae, ego vero Cephae, ego autem Christi, divisus est Christus: Numquid Paulus pro vobis crucifixus est. Ecce magna dissensio, ac controversia, dum unus se jactabat esse Pauli discipulum, alius Cephae, id est Petri, alius Christi, ut hanc Apostolus removeret, ac pacificaret dissensionem, ad praestantissimum medium confugit, ad passionem scilicet Christi, quae inter omnia divinae largitatis beneficia maxime efficax est, & ad omnes nostros affectus alluciendo, ut ad bonam frugem revocemur, ut deposita nostra malitia dei placita sequamur. D. Chrysost. ibi ait. Animadvertite Pauli prudentiam non enim dicit: Numquid mundum Paulus condidit? Numquid Paulus, vos de nihilo, ut essetis effecit? Sed ea tantum, quae erant eximia fidelium, & multa benevolentia opera meminit, crucem, scilicet, & baptismata, & quae ex eis provenerunt bona mundi, namque opificum, sed maxime Dei in Cruce consecutus ejus ostendunt benignitatem. Considera ultima verba.

Scribit D. Matthaeus. 17. n. 28. Quod milites Praesidis suscipientes meum Jesum clamydem coccineam circumdederunt ei, & pleccentes coronam de spinis posuerunt super caput eius, & arundinem in dextera ejus. & postquam illuserunt ei exierunt eum clamyde, & c. Per ludibrium duo imposita fuerunt Iesu, Chlamis, & corona spinea, Chlamis ablata dicitur non vero corona spinea, quod egregie notavit Origenes homil. 35. in Matth. & ait. De Chlamyde scriptum est, quod denuo spoliaverunt eum à chlamyde coccinea, de corona spinea nil tale Evangelista scripsit, propterea, quod nos quare voluerunt exitum rei de corona spinea semel imposita, & nunquam detracta, ego igitur arbitror, quod illa spinea corona consumpta est a capite Iesu ut jam non sint spine vestrae antiquae postquam semel eas a nobis abstulit Jesus, super venerabile caput suum. Valde notum est, quod spinea in scriptura significant peccata Isai 5. n. 6. Luc. 8. n. 14. Spinae Coronae Christi significabant nostra peccata, nostraeque passiones, quae omnia à Christi passione, eisque consideratione perierunt, & consumptae sunt, ut jam amplius non apparent in animo iusto, & fideli. Ego igitur arbitror, quod illa spinea corona consumpta est a capite Iesu, ut jam non sunt spine vestrae antiquae. Vide supra cap. 15. expolit. 9. n. 149.

Ait. 20. n. 30. Ex vobis ipsis exurgent viti loquentes perveria, ut abducant discipulos post se.

Versiones CUM EXPOSITIONE VII. Usque ad Verf. 34.

87. Verf. 30.

Ex vobis ipsis valde lamentabile, ut quibus sperabatur subsidium, pro-

deat devastatio. Exurgent viri loquentes perveria. Aethiopic. Qui docebunt perveria verba Spiritu Prophetico vaticinavit Paulus quod postea contra ipsum surrexerunt Hymenaeus, Alexander, Phygellus, & Hermogenes, ut ipse testatur. 1. Timoth. 1. n. 20. & epist. 2. cap. 1. n. 15. & haec dicit paulus, quia jacula praevia minus ferunt.

Verf. 31. Propter quod vigilate, quod est proprium Pastorum, quia ut D. Antioch. homil. 111. Oportet ut Pastor totus sit mens, & oculus, & maxime quando instant adversarii Memoria reviventes, quod sollicitè vos docui mea doctrina data, & etià de malis magistris advenientibus, sic & Christus Dominus cum praedixisset suis Apostolis eorum perfectiones, ait. Cum venerit hora eorum reminiscimini; quia ego dixi vobis. Joan. 16. n. 4. Nam mala praesentia ante spiritu prophetico cognita facilius tolerantur, ac contemnuntur, per triennium inceptum, ut jam dixi superiori cap. 19. q. 4.

Verf. 32. Commendo vos Deo, maxime ad praetatum spectat orare pro subditis. Vide supra cap. 10. q. 10. n. 70. 71. & 72. & verbo gratia ipsius. Hebraeus est; solent enim Hebraei verbum ponere pro re. Quod est verbum, quod factum est. 2. Reg. 1. n. 4. 1. Reg. 1. n. 2. Potens est Deus aedificare Ecclesiam, in vobis Ecclesia est quoddam aedificium spirituale. Super aedificati super fundamentum Apostolorum, ad Ephes. 2. & hoc aedificium explicat D. August. tract. in Psal. 122. & non ait Paulus potens est perficere, quod ego incepi, sed absolute ait aedificare, ac si ipse per humilitatem nihil existimet se fecisse, ac si denuo sit aedificandum, & nil antea factum fuisset.

Et dare hereditatem in sanctificationis omnibus. Syriac. Cum Sanctis omnibus, Aethiopic. Dare nobis possessionem omnium factorum, ita ut vos filii mei habeatis in Caelo hereditatem paratam omnibus sanctis.

Verf. 33. Argentum, & aurum Syriac. Nil auri & argenti, expressius Aethiopic. Et vestem non recepi apud aliquem. In hoc ostendit Paulus suam eximiam puritatem, ac integritatem alienam ab omni lucro, ut fecerunt Moyses, & Samuel, sed Paulus multo excellentiori modo ut dicam. q. 11.

Verf. 34. Ad ea, quae mihi opus erant. Arabic. Necessitatibus meis, & necessitatibus eorum omnium, qui mecum sunt. Praeclara Pauli excellentia, quod cum tantis esset occupatus praedicatione, & ministerio spirituali fidelium adhuc pro comparando victu ac alimonia pro se ac suis propriis manibus laborabat, ut vidimus supra cap. 13. verf. 13.

QUESTIO V.

Quare D. Paulus commonens suos discipulos contra hereticos advenientes non commendat eis ut fortiter pugnent, sed tantum ut vigilent?

At apostolus in praesenti n. 30. Ex vobis ipsis exurgent viri loquentes perveria, ut abducant discipulos post se non parentes gregi, propter quod vigilate. Consequentius videbatur dicendum fortiter pugnate cum eis, rationibus, & argumentis eos confundite, & dissipate eorum Sophismata, sed tantum ait vigilate, quia in optima, & sedula vigilia est certa, & secura victoria. Proverb. 2. n. 11. dicitur, Consilium custodiet te cretus legit, Vigilia custodiet te ut eruaris à via mala, & ab homine, qui loquitur perveria. Ibi Cajetanus; Tamquam custos vigilans erit. Ubi est vigilia ibi firma, & securi custodia.